



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

V.1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, & in loca pascuæ ibi me
collocavit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Pars tertia

364 fertili loco , ubi arcent optima pascua famem ,
 aqua salubris sitim extinguit , & simul bona ovis
 à deviis & periculis præservatur de die reducen-
 do errantem ad caulas , de nocte ducendo per
 semitas æquitatis ; ità ut Pastor semper comitem
 se illi præbeat in tenebris , lupos ferasque insi-
 diantes repellat , virgâ vagantem corrigat , &
 baculo infirmam sustenter . 2dō. Describit viam
 illuminativam sub typo amici & hospitis v. 6.
 cui cibi in quiete & unguenta ad luctam suppe-
 ditantur . 3tō. Denique à v. 7. vitam uniti-
 vam sub titulo calicis inebriantis . A quo ine-
 briatur homo sui terrenorumque omnium ob-
 litus , fidens in divinæ misericordiæ comitatu
& præsidio , amoreque ac desiderio æternorum
 bonorum languens .

*Psalmum hunc subiicio cum Paraphrasi de ver-
 su ad versum.*

V. 1. Dominus regit me , & nihil mihi deerit , &
 in loca pascuae ibi me collocavit .

Paraphrasis.

Dominus in suam tutelam me recepit tan-
 quam oviculam suam Pastor . Non potest
 sub umbra adeo potentis & benigni deesse ali-
 quid . In felicem me Ecclesiae suæ , ordinis re-
 ligiosi NB. tot Sodalitatum piarum campum
 immisit doctrinæ sacræ suavitate ac varietate &
 gratiaz multiplicis ubertate pingue .

V. 2.